Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Juristische Sammelhandschrift – Nürnberg, STN, Cent. II, 79
Signatur:	Cent. II, 79

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Albate uire dominii ul' q. videtur q' tal' libellus non sit admittendus. Quia ista duo uire dominii ut q. non solum diuersa sunt, sed a diuersa fuere ...
illa q. qui petit rem iure dominii dicit se dominum illius rei ... qui petit rem q' iure dominii dicit dominum illius rei non ad se sed ad alium pertinere ... et ita quasi contrarius et aduersa petens debet repelli ...

regno pruudere curabimus cum ex corde sit(?) nobis sicut uidimus expedire.

Idem preceptori hospitalis Ierosolimitani in Hyspania et commendatori ac fratribus domus de Calatrava hospitalis eiusdem.

Abbate sane .. et .. abbas de Bonaf. proposuit et conuentu suo proponens locum de Rechel cum pertinenciis monasterii uestro dominii uel quasi iam suis finibus ex largitione regis Arragonensis petiit adiudicari locum illum et uos ex inde amoueri. Allegabatur autem pro parte uestra quod facta nobis donatio de predictis ualida existebat quia locus ille tunc sub Sarracenorum consistens potestate, quia non simpliciter sed sub conditione fuerat donata, uidelicet si ad manus fidelium deuenirent, in quo casu concessio poterat et debebat habere uigorem, quia ipsi donationi rerum donatarum natura uel qualitas non obstabat. Et salubre ac laudabile quidem erat sperare ac prestolari tempus quo illa Christianorum dominio subderentur. Que mox cum peruenerit ad ipsos fuerit ad uos totaliter deuoluta. Multi quoque distabat an ipsi monasterio de Bonafac. uel predicto monasterio pertinenti ab ipso rege ac ab illo alter pertinenti ipsi abbati et conuentui de Bonaf. fuissent collata, cum tamen constabat dictum regem ipsi monasterio de Bonaf. illa donasse uel mandasse donari, nec pro eo quod uoluit et statuit ut edificaretur ibi monasterium poterat uel debebat intelligi eum predicta uel eorum aliqua constituendo monasterio donauisse, cum illa potius sua uideretur fuisse intentio, ut quia prefatum monasterium pertinentia quod tot et tantorum bonorum largitione ditabat abbates et conuentus ipsi pro sua suorumque salute monasterium construere tenerentur. Prefati quia monasterio quod non dum erat aliquid fieri donatio non ualebat. Premissa uero concessio facta monasterio de Bonaf. ab abbate et conuentu monasterii pertinenti nullum prorsus eis in debatur afferre suffragium, pro eo potissime quia post litem contestatam et processum iudicii facta fuerat, sicut clare patebat ex instrumento prefato. Unde cum uis si quod in predictis ipsi monasterio de Bonaf. ex concessione huiusmodi competebat in iudicium minime deduxisset, quia uideri non potest in illos uenisse quod postmodum accedit, prouinciari utique sic petitis non poterat ex eadem. ¶ Pro parte autem altera dicebatur quod cum rex ipse sua probitate ac studio ab infidelibus loca acquisierit supradicta donatio autem uel prius sui facta de illis cum ad cultum dei peruenerit regem eundem quo ad hec sic

... fuisse tempore emptionis et traditionis quod ... presumitur ... quia cedit modo uenditorem ... tempore ... petit ... uenditorem ...

castrum Ceruarie cum suis finibus ... Rosel prius concesserat hospitalariis ... nos peruenerit. Contra hoc allegabatur ... donatio non ualebat ...